



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 59. Quæstio de Evcharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)

fos adolescentes pauperes, sed sedulos & Sæcul. XII.
 virtutis amantes, suis opibus alebat. Ex A.C.1197.
 quo ad Episcopatus fastigium evectus est,
 boni Pastoris officiis assidue incumbere
 dicitur ab omnibus. Ceterum Odo Ar- v.not. p.745.
 obi episcopum Bituricensem fratrem habet,
 ex illustrissimo Principum stemmate or-
 tus, atque hinc Regi Angliæ & inde,
 quin etiam propius, Regi Franciæ af-
 finis.

§. LIX.

Quæstio de Eucharistia.

Anno sequente millesimo centesimo
 nonagesimo septimo obiit Petrus
 Cantor, Doctor scientia & virtutibus
 clarissimus. Is Cantorum Ecclesiæ Pa- *Nang. Chr.*
 risiensis Magister fuit, unde cognomen- *an. Alberic.*
 tum hæsit, sed ultimo vitæ suæ anno in *Chr. 1197.*
 Abbatiam Longi pontis, Ordinis Cister- *Jaco. Vitr.*
 ciensis, Diocesis Sueffionensis, se rece- *hist. occid.*
 pit, ubi antequam Tyrocinii annum im- *c. 8.*
 plessset, vitam finiit. Complura poste-
 ris reliquit scripta, quorum synopsis so-
 lum typis vulgata fuit. Quamvis vero
 inter ævi sui Doctores palmam nulli
 concederet, opinio tamen Theologica
 ipsius de Eucharistia rejecta est. Quip-
 pe credebat, consecrationem utriusque
 speciei esse indivisibilem, & panem non
 ante converti in Jesu Christi Corpus,
 quam

Sæcul. XII. A. C. 1197. quam post consecrationem vini. Unde sequebatur, si Presbyter, consecrato pane, subito mortuus fuisset, nihil fuisse confectum, & si, consecrato calice, notasset, non vinum sed aquam inesse, omnia repetenda, & utramque speciem consecrandam esse.

Dist. 9. c. 27. Hanc opinionem Cæsarius Heisterbacensis, monachus Cisterciensis, Scriptor coævus, Petro Cantori, ejusque sectatoribus tribuit, sed addit; secundum Doctrinam Ordinis sui, quemlibet teneri credere, quod unaquæque species separatim consecretur. *Si enim contingat*, ait, *post Benedictionem panis, vinum in calice non esse, non consecrationem panis sed solummodo vini repetimus.* Huic quæstioni locus non fuisset, si jam illa ætate mos adorandi & elevandi Hostiam, priusquam Calix consecretur, invecus fuisset. Nec etiam huc usque ullum Ritus hujus vestigium in Historia mihi occurrit; non enim, ut arbitror, a vero aberraret, qui crederet, eam consuetudinem adorandi Hostiam elevatam ideo fuisse introductam, ne quis in posterum de conversione panis in Corpus Domini Nostri, ante Benedictionem vini, dubitaret. Verumtamen Jacobus Vitriacus, qui anno salutis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto ex hoc sæculo abiit, de hac re

Hist. Occid.
c. ult. p. 444.
edit. 1596.

re tanquam de more in Ecclesia stabili- Sæcul. XII.
to loquitur (*). A.C. 1197.

§. LX.

(*) Similem ferme Quæstionem de Consecratione Evcharistiæ refert Antonius Pagi in Critica pag. 704. ex qua sequitur, Fideles, saltem aliquos, non solum credidisse, panem solum sine vino per Consecrationem in Corpus Christi mutari, sed etiam vinum ex sola commitione panis consecrati in Sanguinem Christi converti. Pagius ita scribit Num XVI. *Arnoldus Abbas lib. 4 cap. 14. narrat quoddam de Evcharistia miraculum suo tempore, id est, hoc Sæculo desinente, accidisse in quadam Thuringiæ puella, quæ cum suscepto a Sacerdote Viatico portiunculam Evcharistiæ in bicarium, in quo Sacerdos data Communionem manus abluerat, decidisse animadvertisset, & sibi ad bibendum jussisset afferri, totam aquam in sanguinem mutatam deprehendit, & portiunculam ipsam versam in cruentam carnem. Baronius hoc factum narrato concludit: Hæc de Transsubstantiatione aquæ in Sanguinem Christi per commitionem Christi Corporis divinitus facta: quod semper fieri in vino, cum commistio intercederet, Antiquitas existimavit Sed quod Baronius antiquitati tribuit, ut ibidem animadvertit Mabillonius, non ita accipiendum est, quasi generalis fuerit totius Antiquitatis ea persuasio. Nam præterquam quod in primis octo Sæculis nulla hujusce opinionis apparent vestigia, imo in iis illa conversio non nisi*